HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh.
Seite 212r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

operibus corruperit. Et quod sanguinem sancti fuderit.
per quibus gehenne incendium eternaliter sustinebit.
Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum.
Hic fumus non presentis seculi tribulationem sed eternam significat.
Unde intuendum quia non dicit ascendet sed ascendit. quia
uidelicet in singulis reprobis cottidie reprobatio ciuitatis damp
nati et ad inferni penas deducti. sicut cottidie iheru
salem transit in singulis electis ad patriam celestem.
Hic fumum flamma eterne pene designat. quia miseri in eternum
sunt torquendi. Hic locus ualet contra eos qui dicunt
quod reprobi per multos annos ad gloriam sint reuersuri.
cum sententia dicitur quod dicturus est illis. ite in ignem eternum.
Quicquid enim eternum est terminum non habet. Et hoc est
quod hic dicit. fumus eorum ascendit in secula seculorum. quia uidelicet
tormenta quibus miseri tradentur fine non accipient.
Et ceciderunt xxiiii seniores. et quatuor animalia. et ad
orauerunt sedentem super thronum dicentes amen. alleluia.
Quod xxiiii seniores hoc significant. et iiii animalia
id est omnem ecclesiam electorum. Quia cum subiectorum factaex
aminat recte per seniores. quia pascua eterne uiriditatis in
quirit. digne per animalia figurat. In uicesimo autem
quarto numero sicut supra dictum est. omnis patres tam ue
teris testamenti quam noui ostendunt. per duplicatum duo
denarium. de cui natura satis superius dictum est. Iste autem
casus senioruum animalium non pertinet ad ruinam sed ad humi
litatem. Sedent enim ante sedentem in throno. id est ante dominum
qui presidet suae ecclesiae. quia semetipsos humiliantes quicquid
habent in fide et opere ipsi deputant a quo hec perceperit
quid dicit sine me nichil potestis facere. Aiunt quia adorantes
amen. id est uerum est. quia domino est laus et gloria. et uirtus. qui